

<p><i>Dominium Spectatur vel in se p. prac. vel in Modis Acquirendi, qui sunt vel</i></p>	<p><i>Naturales: ut</i></p>	<p><i>1. Occupatio, ea que dividitur in</i></p>	<p><i>1. Venationem late sic dicitur, etiam, qua</i></p>	<p><i>Jure Hodierno. v. pag. prac. Dissociatur v. Objecti in</i></p>	<p><i>Venationem in Specie sic dictam, quæ est occupatio ferarum terrestrium per confectationem, atque ea, quoties in Alieno Fundo cum ipso Domino vel Tertio quodam venari licet, Convenatio, die Koppel, Jagd dicitur. Fritsch. de Convenat. memb. 1. n. 9. Est autem Venatio hæc vel Major (die hohen Jagden) nempe jus occupandi feras majores, das rothe und schwarze Wildpret / vel Media (die Mittel Jagden) i. e. jus occupandi feras medii generis: ut apros minores, capreolos, Frischlinge und Rehe &c. vel Minor s. jus occupandi feras minores. (die Nieder Jagden) e. g. lepores, vulpes, item Dachse / wilde Katzen. Nonnullibi Consuetudo loci Mediam Venationem ignorat solamque majorem & minorem venationem recepit, cui illic inhærendum. Solent autem ad Venationem Majorem quoque referri aves nobilissimæ: Trappen / Auerhahnen / Haselhühner / Berghühner / Schwänen / ad minorem minus nobiles, Feldhühner / Schnepfen / Endten / Lerchen &c. v. Seckend. Deutsch. Fürsten-Staat. Part. 3. regali 5. S. 2. p. 403. interim Locorum usus in determinandis avibus ad majorem minoremve venationem pertinentibus est varius, notante Kraiser. de Venat. & aucup. c. 22.</i></p> <p><i>Piscationem, hæc est captura piscium in libertate naturali relictorum. l. 1. §. 1. ff. d. acquir. vel am. poss. & Jure Civili cuiusvis permissa. a. l. 3. §. 14. ff. eod. nisi Dominus prohibuerit in alieno piscationem exercitutum. d. l. Jure Hodierno Jus Piscandi Regalibus accensetur. a. II. f. 56. & certo Ordini Personarum: ut Collegio Piscatorum, vel Aliis à Principe usurpandum conceditur. e. g. per investituram. Unde satis acerba in Piscium Surreptores Statuta est in Electoratu nostro Pena (mitius disponit. EN. l. 2. a. 28.) nempe pro diversitate circumstantiarum relegationis, carceris perpetui aut operarum perpetuarum, item fustigationis vel tratto di corda, quæ postrema tamen hodiè infrequenter adhibetur. Const. El. Nov. 8. j. Carpz. Pr. Cr. q. 84. n. 84. seqq. Quodsi Vivariis inclusi Pisces (aus den Haltern) furto auferantur ordinariæ furti pœnæ locus est. a. d. l. 3. §. 14. O. C. a. 169. d. Const. El. §. 5. f. id. n. 78.</i></p> <p><i>Aucupium, quod est avium in libertate naturali relictarum captura. §. 14. l. b. Jure Civili Cuiusvis Permissa. l. 5. §. 2. 3. ff. b. Dominus tamen aucupandi gratia fundum suum ingredi volentem prohibere potest. d. l. §. 3. quodsi Aves in Patrimonio nostro sint, sive manservæ natura sive manservæ sive feræ. §. 14. 15. 16. I. d. R. D. inclusa tamen. l. 3. §. 5. f. l. 5. §. 5. ff. b. earum furtum fieri potest. l. 8. §. 1. ff. fam. herc. idque apud Saxones etiam arbitrariè puniuntur. Carpz. P. 4. C. 36. d. 5. in Apibus quoque. P. 4. C. El. 36. ad Pœnam Suspendii verò perveniri nequit ob incertitudinem quantitatis ablætæ, d. C. ibique Carpz. d. 2. Cœterum Aucupium, quoad aves omninò Vulgares, non æque ac venatio in specie sic dicta, hodiè restrictum, at ratione Avium Nobiliorum, quæ ad aliquam venationis speciem referuntur, idem pariter interdictum est. Conf. Mand. El. wegen des Vogelfangs. d. A. 1626. C. S. p. 520.</i></p> <p><i>Pœnam meretur. v. pag. seq.</i></p>
			<p><i>2. Occupatione bellicam. v. p. seq.</i></p>		
			<p><i>3. Inventionem p. 198.</i></p>		
	<p><i>Civiles. v. b. tit. in fin.</i></p>	<p><i>2. Accessio. 3. Traditio.</i></p>	<p><i>v. pag. 499. seq</i></p>		